 et refoimant appellatione remota vel con-
 suetudine non obstante. si tamen capitulū consue-
 uir corrigere excessus canonicor. et si infra termi-
 nū ab epō pfigendū nō facit ipe epō h faciet. h dic
 vscz ad. s. ceterū. hz duo dicta. scdm ibi excessus.
 ¶ Ho. pmo ibi irrefragabili. p significato hui⁹ ver-
 bi. idē em est dicere qd irrefragabili et generali tē.
 ¶ Ho. scdo q quilibet platus habēs subditos pōt
 et debet pcedere ad correctionem excessuū et refo-
 mationē mox. et no. q corrigere et refoimare ponūf
 63

ex parte offiij

et cap. hz
 notū ex pte
 remouit

Non valy quicquid
non honestatem

hic ut diuersa. data ergo potestate reformandi non venit potestas corrigendi. Item no. q. p. tra correctionem et mox reformationem nulla consuetudo potest allegari. et tene h. menti. nam non valet consuetudo p. tra honestate. ad h. de vi. et ho. de. in. c. cum decore. et qd ibi no. Item no. q. a reformatione mox et correctione excessuum potest appellari si in talibus modis excedat. als autē secus.

¶ Ho. in. s. excessus. q. licet non valeat consuetudo correctionis impeditiva valet tñ in q. tuz est potestas translativa ut q. deuoluit p. tatem ad aliū superiorem. et sic debes reducere hunc tex. ad cōcordiam qui videt p. tiam fronte sibi cōtrarius. nam in primo rñso tollit cōsuetudinē. in secūdo eaz admittit. et p. h. colligit vñū dictū do. An. h. q. dixit p. istuz tex. q. papa tollendo generaliter cōsuetudinē nō videt tollere cōsuetudinē p. quā ius est acquisitum p. uato. ut in. s. excessus. ut dixi. h. littera h. non p. bat. q. primo tollit p. suetudinē quatenus impedit correctiones. scdo admittit quatenus trāfert potestatem in aliū. Item p. consuetudinē nunq. acquiris ius p. uato. ē em̄ quedā lex publica. et i hoc differt a p. scriptione. ut dixi plene in. c. fi. de p. sue. s. bene facit. q. tollendo cōsuetudinē nō tollit p. scriptiones q. p. scriptione est quid diuersum a cōsuetudine. ut in. d. c. fi. Item no. et tene menti q. inferior p. scribendo p. tra ep̄m videt acquirere iurisdictionē in q. tū ē sollicitus et vigil in ea exercēda. sed data ip̄ius negligentia pōt ep̄s suā iurisdictionē generalē exercere qd est valde no. Idē dic vbi lex dat in specie iurisdictionem alicui adimendo eam ab ordinario generali. videt. n. eam illi p. ferre in q. tū est vigil et sollicitus in exercendo. als aut ip̄e ordinarius pōt illaz exercere. tex. ē no. in. c. ceterū. de iudi. vbi patet q. si dñs feudi est negligens i exercendo iusticiam inter vassallos ordinarius loci pōt supplere. Item no. q. in dubio inferior p. scribendo p. tra superiorem vel par p. tra parem videt p. scribere iurisdictionem exclusiue ad ip̄m superiorem. et h. videt iudicio meo casus p. tra opi. Jo. an. in. c. pastoralis. s. e. l. 3. doc. intelligant q. h. fuit ita p. scriptū licet iudicio meo diuinant. nam tex. h. solū dicit q. excessus canonicorū qui cōsueuerunt corrigi p. capitulū dñt p. ip̄m capitulū et nō p. ep̄m corrigi nisi capitulū sit negligēs. ergo in dubio ex q. solū capitulū corripit excessus canonicorū per tempus qd sufficit ad p. scriptiones videt p. scripsisse non accumulatiue ad ep̄m sed exclusiue. et facit. c. auditis. et. d. c. cū olim. de p. scrip. et dixi in. d. c. pastoralis. ¶ Ultimo no. practiam cōuincendi inferiorē de negligentia. debet em̄ sibi statui terminus p. superiorem ad actū faciendum q. elapso poterit superior supplere. Et sic no. q. si archidiaconus vel alius citra ep̄m p. scripsit iurisdictionē ep̄alem in quibusdā casibus. et ille ē negligēs in exercendo poterit ep̄s illā iurisdictionē exercere nec est necesse recurrere ad aliū superiorem. videt. n. eam p. didisse in q. tuz p. scribens velut vti quod bene no.

¶ Potes etiā colligere q. vniuersitas potest p. scribere iurisdictionem in singulos de vniuersitate. et q. ip̄m corpus seu collegiū nō dicit suspectū in cor

rectione singulorū et q. ip̄m collegiū potest p. se exercere hāc iurisdictionē. Ex q. inferē q. cū caplm succedit in iurisdictione sede vacante nō tenet si non vult p.stituere vicariū s. pōt p. se iurisdictionē exercere. ē tñ vtile fm̄ hosti. ppter difficultatē et p. dictionē et absentia aliquorū ut caplm cōmittat vni vel duob⁹ est q. vtile s. nō necessariū. ¶ In glo. j. in fi. et dic q. tūc excusat p. lat⁹ qñ fecit qd potuit ad inq. redūz et corrigendū subditorū excessus. et h. casu h. locuz auctas apli in fi. glo. alle. ¶ Sed extra glo. q. ritur quid intēdit lra dū dicit ne sanguis eorū de suis manib⁹. Sol. doc. exponit duplicat. primo ut sanguis h. capiat p. aia. nam dicit q. aia h. sedē in sanguine q. nō pōt habitare in siccō. xxxij. q. ij. moyses. qd tñ quidā reprobāt in aia intellectiua. q. aia est tota in toto et tota i qualibet ei⁹ pte. scdo modo exponit ut sanguis capiat h. p. peccato. nā aggregat p. latus ex peccato subditorū suorū si nō corrigit put d. q. tūc ip̄e sit bon⁹ in se. ut in. c. l. 3. heli de simo. in pñ. et q. libet expositio in se est bona. nā sensus littere in effectu est q. si p. latus est negligēs punit apud deū de peccato et p. ditione subditorū. et dic de manib⁹ suis. i. de operib⁹ p. latōz. ¶ In gl. ij. ibi nō p. scribit p. tra ep̄m. aduerte q. h. videt p. tiam frōte p. tex. in. s. excessus. vbi caplm p. scribit p. ep̄m. s. dic gl. pcedere qñ subdit⁹ vult p. scribere ut nō corrigat vel ut nō obediat et sic actiue intēdit p. scribere. secus si passiue ut q. ali⁹ vult p. scribere potest tūc corrigēdi in ip̄is subditis p. ep̄m. tūc em̄ p. cedit p. scriptione q. h. casu nō p. scribit obediētia nec impedit correctio s. p. tās trāfert in aliū. et sic intellige qd glo. j. subicit de archidiacono. ¶ In glo. in d. p. caplm ibi s. q. libet ē iudex. Inno. dic. et melius q. null⁹ canonicorū ē iudex vel cōiudex s. iurisditio ē penes caplm. et sic ip̄m corp⁹ collegiū ē iudex dū tarat et idē ē i oī alio collegio seu vniuersitate ut iurisditio nō sit penes singulos s. penes ip̄m corp⁹ collegiū. nā aliud singuli aliud vniuersitas. xij. q. ij. i. c. qui manumittit. et in. l. sicut. ff. qd cuius. vniuers. vbi glo. dicit no. q. si hoies vni⁹ vniuersitatē vel ciuitatis aliquē insultū fecerint nō dicit vniuersitas fecisse nisi fuerint aggregati ut vniuersitas et cōcato cōsilio hoc fecerint als vident fecisse ut singuli. ad idē vide qd no. Inno. in. c. cū nō ignores. j. de p. ben. et in fi. glo. p. clude mēte glo. p. verba pauciora et clarioz cū queris de deuolutōe fienda de capitulo ad ep̄m q. aut p. tās eligēdi seu corrigēdi de iure cōi vel iure speciali p. tinet ad ep̄m v. caplm simul et tūc p. tās in casu negligentie non deuoluit ad ep̄m s. ad archiep̄m. q. cū ep̄us est negligēs non debet ip̄e supplere ip̄s negligentiā. ad h. qd le. et no. in. c. postulasti de p. ces. p. ben. et in. c. ij. e. n. Aut hec p. tās p. tinet principalit ad caplm et tunc si ep̄us nullo mō interest in caplo p. tās deuoluit ad ipsuz ep̄m q. est superior immediatus capli. et h. casu loquitur iste tex. et tex. in. c. ij. de p. ces. p. ben. Aut ep̄us interest caplo ut canonicus ex speciali p. suetudine et tūc serua qd habet in. d. c. postulasti. Aut p. tās est p. n. cipaliter penes ep̄m tñ tūc respectu iurisdictionis exercēde potestas deuoluit ad superiorem nō ad capi

q. p. tra ager

par. cōi parem

quo caplm em̄dar
caplm et q. tra
reformatione p. tra

culi. vt i. c. q. 3. eo. q. regularis inferior nō sup-
plet negligentiam superioris sed ecōtra. vt no. Inno.
in. c. q. diuersitate. de p. c. p. ben. s. respectu colla-
tōis beneficiorū tunc potestas deuoluī ad capi-
tulū. vt in. d. c. ij. Et rō diuersitatis est quia maior
est cōio inter ep̄m et capitulū in collatōe beneficio-
rum q̄ in exercenda iurisdictione. quia ep̄s et capi-
tulū de iure debent simul beneficia cōferre. s. quo-
tamē dic vt plene no. in. c. cū ecclesia vulerana. de
ele. sed iurisditio p̄inet principaliter ad ep̄m solū
licet debeat requirere consiliū capituli. et hodie cō-
muniter ep̄i p̄scripserunt p̄tra capitula vt absq̄ eo-
rum consilijs possint punire subditorū excessus. et
alia iurisdictionalia exercere. nec talis p̄scriptio seu
consuetudo improbat. vt in. c. iij. de p̄sue. li. vj. di-
cit tñ hōsti. b. q̄ in casu istius. c. non p̄prie fit deuo-
lutio de capitulo ad ep̄m. sed solum p̄pter negligē-
tiam capituli tollit impedimentū consuetudinis.
nam consuetudo impediēbat ep̄m cū ip̄e habeat
hanc iurisdictionē. vt in. c. de p̄sona. xj. q. i. ¶ Itē
no. ex fl. glo. q̄ ep̄s de iure debet requirere consili-
um capituli non solū in iurisdictione que ad eum p̄-
tinet de iure naturali. sed etiam in ea que ad eum
deuoluī p̄ negligentia inferioris qui p̄scripserat
p̄tra ep̄m. ¶ Itē p̄tra p̄dicta. videt̄ eū q̄ si capi-
tulū fuit negligens. et ep̄us intererat capitulo vt
canonicus q̄ ip̄e ep̄s non possit cognoscere tanq̄
suspectus. ar. in. l. p̄tor. ff. de iurisd. om. iudi. vbi
dicit q̄ si is qui fuit aduocatus in causa assumitur
in iudicē non debet ip̄e iudicare sed alteri cōmitte-
re. Idem ergo dicēdum in ep̄o qui fuit negligēs
dum esset de capitulo. So. dicit Inno. q̄ illa lex p̄-
cedit in aduocato qui p̄palauerat intentionē suā
circa decisiōē illius cause. merito reddi suspectus
in iudicando. sed si ep̄s fuit negligens vt canonicus
non reddi in h̄ in aliquo suspectus. et no. h̄ dictū
quia quondam allegat p̄ intellectu illius. l. p̄tor. vt
p̄cedat in illo aduocato qui p̄palauit intentionē
suā. Et quo inferi q̄ si aduocatus fuit consultus i
aliqua causa et nondū dedit r̄sum q̄ si assumi in
iudicē potest iudicare. Do. An. h̄ impugnat dicēs
q̄ ex q̄ ista sunt reuelata secreta cause pōt vt sus-
pectus recusari. sed primū dictū puto verius. et alle-
go ad h̄ glo. ordinariā in. c. dilecti. j. de testi. q̄ dīc
q̄ non debet quis remoueri a iudicando quia re-
uelauit ei secreta cause qm̄ non habet iudicare fm̄
p̄scientiā seu fm̄ reuelata p̄ partē sed fm̄ legitimas
probationes. ¶ Abbas.

Ceterum. Si canonici sine manifesta et rō-
nabili causa maxime in cōtem-
ptum ep̄i cessant a diuinis ep̄s cessationem nō ser-
uabit. et metropolitanus vice pape de hoc cogno-
scet h̄ primo. ¶ Prelatus in impositione pene caue-
re debet a questu pecunie et ab omni alio grauami-
ne. hoc secundo vsq̄ ad finem. et duo sunt dicta p̄-
cipalia. scdm̄ ibi prouideant. ¶ Hora primo q̄ vbi
canonicis cōpetit de consuetudine facultas cessan-
di a diuinis non debent hanc cessationem facere
absq̄ manifesta et rōnabili causa quod si fecerint
episcopus non tenet illā cessationem obseruare. et

hodie qualiter debeant fieri iste cessationes. dic vt
le. et no. in. c. si canonici. et c. q̄uis. j. e. li. vj. ¶ Ho-
secundo casum in q̄ archiep̄s pōt punire canonicos
suffraganei sui. ¶ Tercio no. q̄ p̄lat⁹ non d̄ de fa-
cili in correctione excessuū imponere penam pecu-
nariam. oritur em̄ p̄tra eos ex hoc p̄sumptō q̄ cor-
rectionē faciant non p̄pter deū sed p̄pter questus
pecunie. Nunquid autem possint p̄lati imponere
penam pecunariam. dicit hōsti. q̄ si vident il-
lam penā magis timere q̄ sp̄ialem poterunt illā
imponere. sed non debent eam conuētere in vtili-
tatem p̄p̄iam sed in vsus pios nisi euidenter indi-
geant. et sic potest intelligi. j. eo. dilectus. facit q̄b̄ i
simili habetur in. l. iij. C. de mo. mulct. vbi dicitur
q̄ iudex pecuniaria penā potest applicare ad opa
publica puta refectorem muros pontiū et similiū
et si specialiter non deputat ad opa publica. s. sim-
pliciter mulctat seu cōdemnat cōmodū applicatur
fisco et non ip̄i iudici. ita no. dicit illa lex quā no. h̄
hōsti. aliter h̄ allegat. et vide ad materiā quā no. h̄
Jo. an. post hōsti. in. c. j. de homi. li. vj. vbi dicit q̄
p̄lat⁹ potest mulctare. et de multa disponere. vt
s. dicit. et plenissime tetigi hanc materiā in. c. licet. s.
penis. et dic vt ibi. et no. dictū hōsti. ¶ In glo. i. x.
cessauerint. in fi. Item potest aliter r̄ideri fm̄ In-
no. q̄ canonici non p̄cipiunt sibi p̄p̄is sed capitiulū
p̄cepit singulis vt cessent a diuinis. nam vt patet
in. s. excessus. s. eo. c. capitulū potest iudicare de
excessibus singulorū. vel fm̄ hōsti. capitulū h̄ nō
fert aliquā sententiā nec canonici sed tñ suspēdūt
eorū organū donec fuerit satisfactū. et vterq̄ so.
bona. sed prima subtilior. In glo. penul. hec glo. q̄
rit. nunquid archiep̄s sit delegatus vel ordinarius
in isto casu. et cōcludit q̄ est ordinarius habēs hāc
iurisdictionem ab ista constitutione. et ideo exponit
delegatus id est datus quasi dicat archiep̄us fuit
hic datus in ista causa non aut delegatus. quia si
fuisset delegatus expirasset sua iurisditio per mor-
tem illius pape qui hanc delegationē fecit. vt in. c.
gratū. et in. c. relatū. de offi. dele. Inno. loquit̄ al-
ternatiue dicēs q̄ iste archiep̄us est delegatus. vel
ponit h̄ casus specialis. ¶ Un. simpliciter tenet eū
esse delegatū. et dicit q̄ ideo fuit deputatus delega-
tus. quia de iure non poterat cognoscere de causa
quā habet ep̄s p̄tra subditū suū. vt in. c. si clericus
aduersus clericū. xj. q. i. licet totū conciliū p̄uincia-
le possit adiri. vj. q. iij. in. c. j. et no. h̄ dictū q̄ ep̄us
potest subditū suū criminaliter et ciuilit̄ cōueni-
re coram concilio p̄uinciali cui p̄est archiep̄s. vt in
c. sicut. j. de accu. sed non coram ip̄o archiep̄o solo
Do. An. sequit̄ illam opi. q̄ sit delegatus. quia h̄
expresse dicit iste tex. nec est aliqua specialitas hic
quia ideo hec iurisditio delegata non expirat mor-
te delegantis qm̄ fuit data per viam legis et nō ab
homine. vt in. d. c. gratum. sed data a lege non ex-
pirat per mortem hoīs et bene loquit̄. et puto hanc
esse diuersitatis rōnem. nam homo moritur. et co-
dem modo cum eo extinguit̄ delegatio cum re in-
tegra non fixerit radicem in personam delegatū. s.
lex nunq̄ moritur. sed s̄ loquit̄. vt in. l. arriani.

quomo dant
fieri apponit

Applicanda p̄na
penitentialia

in p̄dicio delegata

et nunc

lex p̄ est et vbi
obstaculum

Modus apponendi a dominis

C. de here. p. hoc bo. tex. in simili in. c. si gratiose. de rescrip. li. vi. vbi patet q. dispositio facta nomine dignitatis non perit p. mortem hois disponentis. et faciunt h. ad statuta p. que q. causa delegatur alicui. vt per mortē statuentiū non expiret delegatio. Idem videt q. existentes in aliquo officio aliquid disponūt per viam statuti vt p. mortem seu remotionem illoz officialiū non expirat illa dispositio. secus si non per viam legis vel statuti. simile si epus sub cōditione fert sententiā excoicationis extinguūt illa snia p. mortem epi. secus si per viam statuti illam sniam ptulit. vt pbat in. c. ij. de cōsti. li. vi. iuncta gl. in. c. a nobis. el. ij. de sen. excō. ¶ Secundo glo querit q. re h. nō fuerunt assumpti arbitri inter ipos canonicos et epm suū cum in iure disponat q. si epus habet causam p.tra subditū debeant eligi arbitri. vt est casus sing. in. c. si clericus. xj. q. j. glo. r. uidet q. ista erat causa criminalis i qua non assumunt. vt in. c. penul. de in. inte. resti. et in l. non dñt inguemus. in. §. iulianus. ff. de arbi.

¶ Mo. singulariter duo ex hac p. tula. primo restrictionez ad illud. c. si clericus. vt non pcedat in cā criminali. debet ergo tūc epus extra casū istius c. cōuenire subditū suū coram papa vel coram concilio puinciali. vt. §. dixi. et h. intellige nisi notorie subditus excesserit p.tra epm. quia tunc pōt epus esse iudex in iniuria p. p.ia. vt no. ponit Inno. in. c. ex parte. j. de verbo. sig. dixi plene in. c. cum venissent. j. de iudi. et limita vt ibi dixi. ¶ Secundo nota et semp tene menti. q. quēadmodū arbitri voluntarij nō possunt cognoscere de causa criminali. ita nec arbitri iuris. et ideo si statutū simpliciter disponit vt inter attinentes compellat iudex ptes ad eligendū arbitros non debet statutū intelligi in causis criminalib. criminaliter motis. sed in ciuilib. vel ciuilit motis. nam vt dicit Inno. et Jo. an. h. et bene de cā criminali ciuilit mota bene potest cōpromitti. et idē no. in. c. penul. p. alle. sed ego allego tex. apertū in. c. q. n. t. auallis. de iureiur. vbi probatur q. nedum in arbitris. sed etiā in arbitratore potest cōpromitti de causa criminali ciuilit mota et faciunt h. ad questionē. Quid si statuto cauetur vt snia arbitri habeat executionē paratā. et arbiter fuit assumptus in causa iniuriar. ciuilit mota nū quid cōdemnatus p. arbitriū efficiatur infamis. et indubie puto q. nō. quia vt patet ex p. dictis neduz in arbitro voluntario. sed etiā in arbitro iuris denegat h. potestas circa grauia. Itē tex. videtur in l. qd. ergo. in. §. ex cōpromisso. ff. de his q. no. infa. vbi tex. dicit q. damnatus p. arbitriū in accusatōne famosa non efficit infamis. q. non p. oia dictū arbitri ē sententiā. vnde ad p. positum licet statutum det executionem dicto arbitri non tamen per hoc facit illud dictū esse sententiā. non enī dat sibi iurisdictionē. q. nō pbat h. esse qd. ab hoc cōtingat abesse. vt in. c. ij. de transla. p. la. et in l. neq. natales. C. de p. ba. sed dictū arbitri pōt habere executionē absq. eo q. sit vera snia. vel q. arbiter habeat iurisdictionem. vtpote p. approbatōne p. tū exp. ssam vel per taciturnitatem. x. diez. vt in l. pe. C. de arbi.

ergo statutū dando executionē arbitro non p. hoc dat iurisdictionē arbitro vel facit dictū suū esse meram sententiā. Item et fortius vbi statutū deuia a iure cōi debet restringi q. tū potest. et satis est q. ali quid operet. et pbat in. l. si q. n. C. de in. offi. testa. et in. c. in nostra. de iniur. et in l. iij. §. hec autē x. ba. ff. de nego. ges. §. intelligendū est statutū vt habeat hunc effectū ius cōe. s. vt inuita pte et cōtradicens te habeat executionē paratā. sicut habet p. emologationē exp. ssam vel tacitā. vbi non debet intelligi vt etiā in alio deroget iuri cōi p. qd. disponit q. ex snia arbitri nemo infamat. vt. d. §. ex cōpromisso. cū p. mū possit esse sine isto. vt pbat in. d. l. penul. ¶ Sed q. ad p. ncipale dictū gl. Jo. an. post h. osti. sentit h. p. trariū dicēs q. arbitri bñ potuissent h. eligi cum non agerēt criminaliter sed ciuilit q. casu arbiter assumi pōt. vt etiā no. in. c. penl. p. alle. et videt p. bari in. c. q. n. t. auallis. et c. veniēs. de iureiur. vnde fm eū si nō emanasset. c. q. uis. de offi. ordi. li. vi. et ecclia cathedrali si haberet metropolitanū vel etiā metropolis nō habens p. matem deberent eligi arbitri. imo pl. dicit h. osti. q. etiā in casu hui. c. p. t. eligi p. ruz arbitri. sed si nō cōueniūt tūc demū recurrat ad metropolitanū. et tunc oportet dicere ad istuz tex. vt sentit Inno. q. sic placuit pape h. puidere. et forte fm eū h. fecit. q. causa capituli ē ardua vnde sequeretur p. plexitas cum in arduis epus debeat habere cōsiliū capituli qd. tamen hic non potuisset habere. Item h. fuit inductū ppter scandala euitāda que possent oriri inter epm et capitulū. quia epus diceret nullā legitimā causam h. esse capitulo asserenti p. trariū. Et h. rō magis placet q. pcedens. rō glo. in eo q. dicit q. ideo epus nō punit h. canonicos. quia non debet esse iudex i facto p. p. io. nam iste tex. puidet non solū cū sit cessatio in cōtemp. tū epi sed etiā in odiū alterius. vt patet ibi in tex. maxime in cōtemp. tū epi. Item dic q. dictū Jo. an. esset verū si h. agerēt ciuilit. sed tex. innuit q. criminaliter isti canonici sunt puniendi. vt pbat ibi iste tex. castiget et metu pene tē. ¶ Conclude ergo q. metropolitanus in hac causa est delegat. et q. emanauit h. p. uisio ppter scandala euitāda inter epm et capitulū. Itē quia sepe fit cessatio in odiū epi. ¶ Extra glo. quero nūqd. celebrās in hac ecclia vbi cessat a diuinis efficiat irregularis. Inno. q. non quia per h. ecclia non est interdita. Tu distingue vt le. et no. in. c. de. j. de sen. excō. et in. c. non est. de sponsa.

¶ Gloniam. Cum i ciuitate v. dioc. cessi sunt populi diuersarum linguarū epus puidere debet eis per viros idoneos qui fm varietatem linguarum officia eis celebrent. et sacramenta ministrent. et si vrgens est necessitas constituet sibi vicariū pontificem illius lingue non tamen ppter h. eadem diocesis v. habere duos epos. h. d. v. s. q. ad si. et duo sunt dicta p. ncipalia. scdm ibi phibemus. ¶ Nota primo q. omnes habitantes in eadem ciuitate habentes ibi domiciliū dicunt de populo illius ciuitatis. licet sint diuersarū linguar. seu forte alibi na

ti sint. et hoc vltimū clarius probat in aut. de questione
ne. in pñ. et in l. puinciales. ff. de ver. sig. qd est bñ
no. Si ergo interdiceret populus Senensis eēnt
interdicti nedum Senenses id est qui originem in
Senis traxerunt. sed etiam omnes habentes hic
domiciliū. quia rōne domiciliū efficiunt de isto po
pulo. et per hoc tenuit Bal. in li. feu. q. cessante cau
sa legitima non possunt ciues expellere hoies ha
bentes domiciliū in ciuitate. ¶ Item infero ex pre
dictis q. si rep̄salia essent inducte p̄tra Florentinos
non debent extendi ad Florentinos habentes hic
senis domiciliū quia cum sint etiam de populo se
nensi rōne domiciliū et materia rep̄saliarū sit odio
sa debent intelligi de populo Florentino dūtaxat
qd tenet Bar. in d. l. puinciales. et latius p̄ eum i
tractatu rep̄saliarum. ¶ Itē. scdo tex. h. exp̄sum
p̄ op̄i. quā tenuit in c. pastoralis. s. e. q. vbi in loco
est specialis et certa consuetudo quo ad diuina offi
cia non tenent clerici se conformare consuetudini
ecclesie metropolitane q̄nimo plus probatur h. q. de
rici sequitur mores et ritus populi. ¶ Itē. tertio
q. in diuinis officiis et sacramentis ministrandis
pōt eē diuersa p̄suetudo etiā in eadē ciuitate. nā se
pe cōtingit q. i eadē ciuitate sūt greci et latini vt i ci
uitate Cōstātinopolitana. et i multis locis Calabrie.
Item italici et theuthonici vt in ciuitate Triden
tina quo casu p̄cedendū est p̄ ep̄m vt h. dicit. intel
lige tamen dūmodo non sit talis consuetudo que
pariat piculū aīarū et honestati ecclesie sit cōtraria
nam tunc non sunt tolerandi in eorū ritibus et mo
ribus. vt probat in c. si. j. d. bap. ¶ Itē no. q. ep̄s dicit
caput ciuitatis et diocesis. et q. tota diocesis censet
vnū corp⁹. et intellige q. ep̄s ē caput in sp̄ualibus i
tp̄alibus vero est dñs ciuitatis. vt in c. solite. de
maio. et obe. et in c. causam. qui si. sint legi. et in c.
duo sunt. xvj. di. ¶ Item no. casum in quo ep̄us
tenet sibi constituere vicariū aliū ep̄m. Et ex h. fin
cōmunē intellectū habes duos casus singulares
Primus in eo q. quis creat ep̄us absq. ep̄atu. Se
cundus in quo ep̄us est vicarius et subiectus alte
rius ep̄i. An autē extra istū casum teneat ep̄us sibi
constituere vicariū seu officialem non memini me
aperte legisse. et alis de hoc fui interrogatus. Cre
do tamen q. ep̄us teneatur. ad qd allego tex. no. q.
videt h. probare si bene ponderet. xvj. q. vj. i. c. i. no
ua actione. nam ibi. et in c. cum simus. ix. q. iij. et in
c. qm̄. lxxix. di. dicit q. ep̄us tenet ecclesie sue cōsti
tuere iconomū generalē. et si nō statuit archiep̄us
debet sibi illū constituere. et iconom⁹ generalis ibi
capit p̄ gerente vices ep̄i vniuersaliter etiam quo
ad iudicandos clericos. vt probat in d. c. in noua.
vbi iconomus appellat vicarius. et dicitur ibi q. ille
iconomus non debet esse laicus. quia indignū est
vt laicus sit vicarius ep̄i vt iudicet clericos. p̄ hoc
etiam facit. quia iura tractant de vicario ep̄i tanq̄
de officio ordinario et p̄petuo. vt. s. de offi. vica. et
melius eo. n. li. vj. et hoc potuit emanasse. q. ep̄us
solus non potuit oibus puidere quātūcūq. sit dili
gentissimus. ar. in c. si. de offi. archiep̄i. p̄ctica ḡ
puidendi erit hec. nam si ep̄us erit negligens i cō

stituendo sibi vicariū archiep̄us statuet sibi termi
nū ad constituendū. quo casu elapso termino pro
uidebit ip̄e archiep̄s. vt in d. c. cum simus. iuncto
c. in noua. p̄ealle. ¶ In glo. in ver. vrgens neces
sitas ibi dispensatiue dictus. h. potest intelligi mul
tipliciter. primo q. ista fuit iuris dispositio vt ep̄us
sit sub alio ep̄scopo. Itē vt vnus ep̄scopus creet
sibi aliū ep̄scopū. nunquid autē papa possit puidere
dispensatiue vt duo ep̄i sint in eodem ep̄atu ont
nino pares. tex. sing. videt innuere q. sic in c. non
aut. vj. q. i. nam hoc accidit in personaz Augusti
ni vt ibi habetur. refert tamen ibi Archidi. Augu.
dixisse q. si sciisset prohibitionem ecclesie non acce
ptasset. credo tamen q. ex causa posset papa h. sta
tuere. nam olim in primitiua ecclesia omnes ep̄i re
gebant ecclesias in cōi. vt no. in c. cum sit romana
j. de appel. De patriarcha grandensi qui moratur
Venetijs. vide glo. lxx. di. in c. ij. An autē possint
creari duo sūmi pontifices vel duo impatores. vi
de glo. sing. in d. c. non aut. que in sūmis pontifici
bus tenet q. non. quia esset cōtra articulum fidei.
et ecclesiam sanctam. Item cōtra dictum euangeli
cum. Et fiet vnū ouile et vnus pastor. secus in im
peratorib⁹ cū sint vicarij et defensores ecclesie ro
mane. vt in de. romani. de iureiur. et dic vt ibi no.
¶ In glo. in ver. sibi vicariū ibi a quo cōsecrabit
iste ep̄scopus. Et hac glo. habes vnū intellectum
ad tex. d. quo premisi vt intelligat q. ep̄scopus lo
ci cōstituat d. nouo vnū ep̄scopū cōformē lingue et
ritibus illius populi. et faciet illum sibi vicariū. Se
cundus intellectus est extra glo. vt non ep̄us sed
alius superior qui eis p̄sit constitui debeat. nam h.
non dicit de ep̄o sed cuilibet p̄sidenti sicut et p̄posi
tus. vt in c. quis. j. d. xbo. sig. Itē et p̄ses. nam q̄t
bet regens puincā pōt appellari p̄ses. q. puincie
fest. vt in l. j. ff. de offi. p̄si. et no. h. dictū. doc. tamē
cōiter hunc intellectū non sequitur. quia non est
sufficiēter p̄uissū istis p̄lis q. ad pōntificalia. et iō de
bet capi h. p̄sul. p̄ ep̄o. Tertius intellectus vt alis
p̄sulem illius lingue qui forte est sine ep̄atu con
stituat sibi vicariū. nam vt hodie p̄tingit multi sūt
ep̄i sine administratiōe ep̄atū vt sunt isti qui vul
gariter appellant. nullatenēses. et iste intellect⁹ satis
potest applicari ad tex. et vbi talis ep̄s reperiret cō
sulerem hunc intellectū. sed in effectu posset teneri
intellectus glo. ¶ In glo. si. ibi nisi clericus sit in
corrigibilis. intellige glo. qm̄ inuocat brachiū secu
lare vt puniat clericū iure suo. et sic loquuntur iu
ra alle. in glo. Si autem inuocatur brachium secu
lare ad auxiliandū et iuuandū iudicem ecclesia
sticum non est necesse q. clericus sit incorrigibilis.
vnde si timet de potentia clerici vel ne fugiat pote
rit iudex ecclesiasticus capi facere clericum per fa
miliam potestatis. ad hoc. c. vt fame. de sen. ex. et
in c. j. supra eo.

¶ Inter cetera. Ep̄i q. p̄ se non
mere idoneos qui suppleant suo loco quo
ad p̄dicationes. visitationes et confessionū audirō
nes. et vt possint ep̄i reperire tales p̄cepit i ecclesijs

cathedralibus et collegiatis tales institui. hoc dicit
In prima exordium. In secunda institutio ibi unde.
In tertia pena ibi si quis astit. **¶** Mo. q. quædam
dū homo componit ex duobus scilicet anima et corpore. ut in
c. in quadā. de cele. mis. ita ad sui sustentationem
indiget duplici cibo spirituali scilicet et materiali. sicut enim
cibus materialis est necessarius corpori. ita cib⁹ spiri
tualis est necessarius anime sicut ē predicatio. Et sic no.
ex h et ex tex. q. predicatio nedū est utilis sed necessa
ria populo. et no. q. predicatio dicitur officiū sanctū. et
sic predicatio est officiū. hīs ergo munus predicandi di
citur habere officiū. qd no. p. statutis et iuribus di
sponentibus contra negligentes in eorum officio.
Item no. q. officium predicandi principaliter pertinet
ad ep̄m. et cū visitat diocesim dicitur predicare p̄lis. ad h.
c. j. de cens. li. vj. et x. q. j. in c. placuit. et c. ep̄m. dicit
etiam q. quilibet rector ecclesie parochialis h̄z officiū pre
dicandi in ecclesia sua. et de iure nemo p̄t predicare
qui nō h̄z curā animarū. est enim predicatio officiū cure. ut
no. glo. in de. j. de regu. vide tex. in de. dudū. de se
pul. Fratres vero mendicantes h̄nt ex privilegio pa
pe ut predicare possint. nam de iure ut dixi predicare
nō p̄t cū nō habeant curā p̄li. ut in de. dudū. de
sepul. palle. et j. de here. cum ex iniuncto. **¶** Mo. q.
ep̄i p̄t ex cā p̄ alios visitare diocesim quo casu ni
hil dicitur exigere a visitatis h̄z p̄trariū faciāt. et dicen
dū est hodie ut habet in c. si ep̄s. j. c. li. vj. **¶** Mo.
ibi potētes in ope et sermone. q. opus p̄ferit sermo
ni. et sic videt q. in predicatione magis est attendēda
vita q̄ scia. q. longe plus p̄ficiat predicator exemplo
boni operis q̄ verbo doctrine. hinc Seneca Lon
gum iter p̄ceptū breue et efficax p̄ exēpla. et Bre.
dicit Cui⁹ vita despiciat restat ut predicatio ei⁹ cōtem
nā. iij. q. vij. porro. in fi. nō tū sufficit vita sine sciē
tia p̄pter multos errores q̄ quāq̄ oriuntur ex defectu
sciē. ut in c. nisi cum pridē. de renū. vbi patet q. p̄
pter defectū sciē remouet ep̄s ab ep̄atu suo. ad idē
c. si. de eta. et quali. **¶** Ultimo no. q. in ecclesijs ca
thedralibus et collegiatis non debēt institui viri in
docti. et pro maiori parte pueri ut hodie inoleuit
abusus sed potius viri docti et instructi. **¶** In glo.
fi. no. ex hac glo. vñā dīam inter legatū cesaris et
legatū pape. nā legat⁹ cesaris mittit expensis fisci
p̄ legat⁹ pape pcurat a clericis subditis. ut i iurib⁹
all. i. gl. et dicit hosti. q. romanā ecclesiam excusat ne
cessitas. q. non possit oībus puidere. Itē privile
giū ab antiquo obrentū qd quidem privilegiū vel
lent ep̄i cōmutare qd tū facere nō dnt. ar. in c. j. de
temp. ordi. et in c. in causis. de re iudi. **¶** Mo. h̄ di
cū q. ep̄s mittēs legatū ad aliqua loca dicitur puidere
ip̄e illi de expensis. qd ego puto verū nisi expensa
sit grauis. et mittat p̄ cōi negotio. nam tunc p̄t pe
tere ut subditi cōtribuant. ad h̄ qd no. Inno. in c.
j. de sta. regu. et facit tex. in c. se. in fi. et dicit Jo. an.
h̄ q. optaret q. ecclesia romana p̄ciperet. et p̄tem
reddituū clericorū ad sustentationē pape et card
inaliū. et de hac parte puidet legatis et abstereret
a cōibus seruitijs et fructibus p̄mi anni quos re
cepit a p̄latis p̄mouendis ac decanis et filiabus. et
refert q. de h̄ fuit al̄s fact⁹ sermo in cōcilio vienēsi

L

sed p̄latis exites i cōcilio deliberauerūt non facere
quia tanta viget insatiabilis cupiditas. q. illud et
illud reciperent. **Ab.**

Conquerente. Ep̄s in eccle
sijs diocesis
sue debet esse cōtent⁹ iuribus ep̄alib⁹. et q̄
sint iura ep̄alia h̄ declarat. In p̄ma pte petitio et cō
testatio. In scda snia ibi nos. **¶** Mo. p̄mo abbates
posse agere p̄ capellis et ecclesijs subiectis suo mo
nasterio. p̄cor. de. j. de rescrip. et c. auditis. de pre
scrip. et c. ex transmissa. c. ti. **¶** Scdo no. q. ecclesie
et capelle subiecte monasterio tenent nihilomin⁹
ep̄o ad ep̄alia iura. et intellige nisi monasterium sit
exemptū cū capellis sibi subiectis. vel nisi abbas
ex privilegio vel p̄scriptione acquisiuerit ius ep̄a
le in illis ecclesijs qd fieri p̄t. ut in c. auditis. et in
c. cum olim. j. de p̄scrip. **¶** Tertio no. q. ep̄s ultra
iura ep̄alia in inre exp̄sa nō p̄t aliud petere ab ec
clesijs sibi subiectis. vñ nō potest petere a clericis
aliqua seruicia que in iure nō sunt exp̄sa. et q. iij.
quia cognouim⁹. nec etiā p̄t imponere aliquā col
lectā ecclesijs nisi instaret cā rōnabilis et manifesta
nam tunc potest petere charitatiū subsidū. ut h̄ i
fi. lfe. et in c. cū ap̄lis. j. de cens. **¶** Itē no. q. h̄ ista
monasteria nō teneant ad ea que sunt de lege dio
cesana ut sinodaticū et ad alia. de quib⁹ no. in c. di
lect⁹. capelle tñ subiecte monasterio tenent ad one
ra ad q̄ tenent ecclesie alie seculares. et intellige istuz
tex. de capellis et ecclesijs secularib⁹ subiectis mo
nasterio de iure speciali. si aut essent capelle regu
lares ut q. inhabitant ibi monachi tñ tales capel
le gaudent privilegio monasterij. q. monasteria di
ci possunt. ut no. Jo. an. post Archi. in c. j. de pre
ben. li. vj. et Jo. de lig. i. de. j. de excels. p̄lato. fac qd
no. Inno. in c. j. de sta. regu. et h̄ no. **¶** Item no.
que sunt iura ep̄alia ad que tenent ecclesie diocef
p̄rio enim tenent ad canonicā obedientiā. et p̄ hanc
recognoscunt ep̄m in iudicē. p̄ h̄. c. q̄q̄. xxiij. di. et
ad hanc tenent nō solū clerici s̄ etiā laici q̄tūcūq̄
potentes in his que cōcernūt aliam. ut in c. om̄es
p̄ncipes. de ma. et obe. Scdo tenent ad subiectiōē
et in h̄ recognoscunt eum in dñm. facit. c. graue. j.
de excels. p̄la. nō tñ p̄ h̄ intelligas q. debeat seruire
ut dñs secularis q. scriptū est nō tanq̄ dñantes in
clero. ut in c. solite. de ma. et obe. debet enim tracta
re clericos ut filios. ut in d. c. cum ap̄lis. et vide bo.
tex. cū glo. in c. esto subiect⁹. xvj. di. vbi no. q̄liter
debet ep̄us scribere clericis sibi subiectis et cōtra
Tertio tenent ad reuerentiā. et p̄ hanc recognoscūt
ep̄m in patrem. debet enim reuerentia parentibus
et magistris. ut le. et no. in l. si. ff. de obse. a li. pa.
p̄stā. Quarto tenent ad institutionē et destitutio
nem. et ex h̄ no. q. institutio et destitutio in omnib⁹
ecclesijs diocesis pertinet ad ep̄m de iure cōmuni.
cōcor. c. cum ex iniuncto. de here. in fi. et xvj. q. vij.
omnes basilice. et c. si quis deinceps. Et intellige d̄
institutione proprie sumpta. nam si in ecclesia est
collegium electio p̄latis pertinet ad collegiū. ut i
c. j. de ele. Institutio x̄o seu reformatio pertinet ad
ep̄m. xviij. q. ij. i. c. j. et i. c. nihil. s̄. de ele. Si vero

non est ibi collegiū. et ecclesia est patronata p̄statō
p̄tinet ad patronū. et institutio ad ep̄m. xvj. q. vij.
decernim⁹. et in. c. p̄e mentis. et c. filius. vide glo. in
c. q̄q̄. de elec. li. vj. Si vero nō est patronata tunc
ep̄s habet institutionem liberā. i. collationē. vt in
iuribus p̄alle. h̄ intellige nisi alius p̄latus acqui-
uerit iure speciali. Itē verbū institutio p̄t h̄ com-
p̄endere institutionē auctorizabilē quo ad curā
populi. nam si abbas habet collationē ecclesie cura
te debet recurri ad ep̄m. p̄ institutione auctorizabi-
li quo ad curā p̄lī ex quo p̄lī est subiectus ep̄o. vt
in. c. j. de capel. mo. li. vj. et q̄d le. et no. in. c. cū satis
de offi. archi. p̄ verbū destitutio denotat potestas
p̄uandī clericū beneficiū suo. nāz nisi aliud habe-
at cōsuetudo ad ep̄m p̄tinet destitutio oim clericorū
licet alius habeat ius cōferendi in illis eccle-
sijs. vt in. c. j. de capel. mo. li. vj. et xvj. q. ij. v̄sis. in
fi. et q̄d ibi no. Quinto habet ep̄s in ecclesijs corre-
ctionē. quia p̄t corrigere ea que deuiant. et subdi-
torū excessus. vt. c. irrefragabili. et in. c. j. s. e. Sex-
to habet reformationē. i. ius reformandi mores.
p̄t em̄ facere statuta ad reformationē morū. vt in
d. c. irrefragabili. Septimo habet iurisdicōem om-
niū causarū ad ecclesiasticū for̄ p̄tinentiū. Ex hoc in-
ferē ad id q̄d dixi in. c. cum ab ecclesijs. s. e. q̄ ep̄s
de iure cōi potest p̄cedere p̄tra om̄es clericos de
diocesi licet habeant aliū p̄latū inferiorē. Octauo
habet penitētiās. et declara h̄ verbū. vt. j. dicam
in glo. in ver. penitētiās. Nono habet vt oīa sacra-
menta recipiant ab ip̄o ep̄o quod potest duplicif
intelligi. p̄mo de sacramētis que sunt ordinis epi-
scopalis. vt est ordinis collatio. nam clerici tenent
recipere ordines ab ep̄o p̄prio et nō alieno. ix. q. ij. p̄
totum. et j. de paro. nullus. Itē ip̄e habet cōsecra-
re ecclesias et similia facē que sunt ordinis ep̄alis
vt in. c. veniēs. de p̄scrip. et p̄ h̄ intellectu facit tex.
ibi oim q̄ ab ep̄o et. Secūdo p̄t intelligi de oībus sa-
cramētis. nam quilibet de diocesi debet p̄ sacra-
mentis recurrere ad ep̄m vel ad p̄p̄iū parochia-
num. ep̄us em̄ cōcurrit cū quolibet p̄sbytero pa-
rochiali. vnde oēs ecclesie diocesis cōsent sibi vna
ecclesia. vt le. et no. in. c. ij. d̄ peni. et remis. et in. c. iij.
de offi. archip̄es. et p̄sertim h̄ p̄cedit in clericis qui
p̄sunt ecclesijs parochialibus. nam isti im̄diate
subsūt ep̄o. et ad eū d̄nt recurrere p̄ oībus sacramē-
tis. vñ dicit l̄hosti. et bñ q̄ caueāt sibi abbates et ca-
nonici ecclesiarū cathedraliū. et alij rectores ecclesiarū
q̄ im̄diate subsūt ep̄o vt ad eū recurrāt i confessio-
nib⁹. nā ab alijs nō p̄nt absolui cū a iudice nō suo
absolutio facta non teneat. vt in. c. oīs. de pe. et re.
dicit tñ q̄ nō vult dānare eos q̄ h̄ hacten⁹ non ob-
seruauerūt si mortui sunt. s̄ relinquit eos diuino
iudicio. Decimo h̄z synodū. i. oēs clerici ecclesiarū te-
nent ire ad synodū ep̄i. i. ad congregatiōem cleri-
corū quā annuatim d̄z facere. nā ep̄us facit synodū
archiep̄us p̄aliū p̄uinciale ep̄orū. vt in. c. sicut. de
accu. et de his duob⁹ q̄ debeāt interesse. vide p̄ In-
no. in. c. graue. de p̄ben. Undecimo h̄z synodicū
vel cathedralicū. i. duos solidos argenteos vel au-
reos fm̄ loci p̄suetudinē a quilibet ecclesia. et an possit

p̄scriptione illud tolli vel remissione ep̄i. dixi in. c.
cum venerabilis. de reli. do. Duodecimo h̄z quar-
tam decimā ac mortuarioz. Et ex hoc no. et tene-
menti q̄ de iure cōi decime nō p̄tinent ad ep̄m sed
ad ecclesias parochiales. sed quarta decimā de-
betur ip̄i ep̄o ab ecclesijs p̄cipientibus decimas. et
no. q̄ vbi aliud nō habet cōsuetudo ex mortuarijs
id est ex his q̄ reliquūtur ecclesijs occasione fune-
rū debet quarta licet aliud dicat gl. Decimotertio
habet visitationē annuatim. nā de iure cōi p̄t sin-
gulis annis visitare ecclesias sibi subiectas. h̄z etia
p̄curationē rōne visitationis q̄ debet exigi cōside-
ratis facultatibus ecclesie. Ultimo p̄t petere sub-
sidiū ex cā m̄ifesta et rōnabili puta q̄ ep̄at⁹ ē ḡua-
tus onere debitorū. vel ē tenuis. et nō sufficit ad eū
idonee sustentandū vel vult ire ad conciliū vel ad
papam seu ad regē p̄ cōibus negocijs. vel q̄d sile.
Et no. q̄ ad h̄ charitatiū subsidiū tenent etia ca-
pelle subiecte monasterio. An aut ip̄a monasteria
teneant est dubiū. et dic vt dixi in. c. j. de sta. regu.
et in. c. cū apls. d̄ cens. ¶ In glo. j. in fi. no. tria ex
hac glo. p̄mo q̄ petitio iuriū ep̄aliū est v̄lis. Inno.
dicit q̄ est generalis. nā illa petitio est v̄lis cū petit
vniuersum ius. Exemplū in petitione hereditatis
et in iudicio fa. hercis. nam venit in istis vniuersū
ius defuncti. ¶ Petitio vero generalis est cū cōpre-
hendit in se multa capitula sicut in actione p̄ socio
vel tutele seu negociorū gestorū. et talis videt eē pe-
titio iuriū ep̄aliū. quia petens ius ep̄ale non petit
vniuersum ius ecclesie s̄ q̄dā capitula seu iura de q̄-
bus h̄. et de his petitionib⁹ v̄libus generalibus et
singularibus. et p̄fiam inter eas plene dico in. c. ij.
de libel. obla. ¶ Secūdo no. q̄ in petitione v̄li seu
generalis non ē necesse in libello exprimere ea q̄ cō-
prehendunt sub tali petitione. Do. An. h̄ dicit q̄
h̄z nō sit necesse exprimere tñ si reus petit tenet actor
exprimere p̄stū tex. q̄d tñ ego nō puto verū. q̄ ex q̄
iura ep̄alia sūt in iure exp̄ssa sūt certa et clara. et q̄s
non tenet exprimere ea que sunt in iure. et ad istum
tex. dic vt sentit Inno. q̄ iste ep̄s petebat multa iu-
ra ab istis capellis. et quotidie eas verabat. vñ pe-
tijt abbas vt exprimeret ea ad que tenebant capelle
nā potuisset exprimere multa iura p̄suetudine de-
bita. et in istis ē necessaria exp̄ssio. et dic vt latius di-
cam. in. d. c. ij. ¶ Ultimo no. q̄ in petitione iuriū
ep̄aliū generaliter facta nō veniūt nisi debita d̄ iu-
re cōi q̄ exp̄munt. In p̄trariū ē tex. iūcta glo. in. c.
cōstitut⁹. de reli. do. s̄ reducitur ibi ad p̄cor. vt si ē
aliq̄d ius surrogatū in locū iuris debiti de iure cō-
muni tunc illud cōprehendit petitionē generali vt
ibi. rō q̄ surrogatū d̄z sape naturā ei⁹ in cui⁹ locū
surrogat. vt i. c. ecclesia. vt li. p̄e. si at̄ si surrogat i lo-
cū alteri⁹ tñ illud nō cōprehendit vt h̄. ¶ In gl. i
ver. penitētiās. oppo. p̄tra tex. p̄ intellectu gl. h̄. n.
dicit q̄ p̄ penitētiā recurrēdū ē ad ep̄m. p̄tra h̄ fac
c. oīs v̄triusq̄ sex⁹. j. d̄ pe. et re. vbi dicit q̄ suo p̄sby-
tero parochiali tenet q̄s p̄fiteri vel alteri cū licētia
ip̄i. So. glo. ista vt arbitror metu s̄rij videt velle
intelligere tex. de penitētiā publica v̄lō penitētiā
p̄uata pro maiorib⁹ criminibus quorū impositō

